

## DE PALAEPHATI CODICE HARRISIANO

Nova quae nuper prodiit Palaephati editio a Nicolao Festa composita<sup>1</sup> quamquam diligentissimam exhibet codicum recensionem tamen memoriae et antiquissimae et gravissimae rationem non habet. Verum hoc non tam editoris est culpa quam eius, qui illam memoriam publici fecit iuris. Alexandriae in urbe extat archaeologorum sodalicium, cuius studia cummaxime in detegendis atque conservandis veterum monumentis consistunt. Haec cum in dies maiore cum fructu fierent, condita est ephemeris *Bulletin de la Société archéologique d'Alexandrie*, quae licet multos usque ad hunc diem fugisse videatur, tamen haud pauca continet, quae maximi sunt momenti<sup>2</sup>. Hac in ephemeride leguntur (II p. 74—75, Alexandriae 1899) quae deinceps ad verbum exscribam, quo melius de totius notitiae pretio possit iudicari<sup>3</sup>.

*Un codex de Palaephatos.* — Dans un apographe provenant, je crois, de feu Sir Harris, je trouve le commencement du traité de Palaephatos περί απίστων ιστοριων. L'apographe en question ne donne que la première page du ms., qui est à deux colonnes. J'en donne ici la transcription.

### Col. I

Παλαιφατου Ακται-  
ου του Αμαξαντεως  
περι απιστων ιστορι-  
ων συγγεγραφατων

### Col. II

και γενομενα απο  
τε [κ]αι νυν ουκ εισι, τα  
τοιαυτα ουκ εγενετο  
ει γαρ τοτε και αλλο τι

<sup>1</sup> *Mythographi graeci* vol. III fasc. II, Palaephati περί άπίστων, Heracliti qui fertur libellus περί άπίστων, Excerpta Vaticana (vulgo Anonymus de incredibilibus) edidit Nicolaus Festa, Lipsiae MCMII.

<sup>2</sup> De papyris Alexandrinis (Bull. II p. 65 sqq.) cf. Wilcken *Archiv f. Pap.* I 172 sqq.

<sup>3</sup> Primam huius memoriae notitiam debeo Francogallorum papyrologo S. de Ricci *Rev. d. Ét. Gr.* 1901, 203.

- |   |   |
|---|---|
| [5] ἀνθρώπων οἱ μὲν<br>γὰρ πείθονται πᾶσι<br>τοῖς λεγόμενοις ὡς<br>ἀνονήτοι σοφίας<br>καὶ ἐπιστήμης· οἱ δὲ                  | εἰνετο καὶ νῦν τερι-<br>νεταὶ καὶ αὐθις / εἶσται<br>δεῖ δ' ἐγὼγε ἐπαινω<br>τοὺς συγγραφεᾶς Με-<br>λισσον καὶ Λαμισκὸν<br>τὸν Καμίον ἐν ἀρχῇ   |
| [10] πυκνότεροι τὴν φυ-<br>σιν καὶ πολυπραγμο-<br>νὲς ἀπιστοῦσι τὸ πα-<br>ραν μὴδὲν γίνεσθαι<br>τούτων. Ἐμοὶ δὲ δο-         | λεγοντάς· Ἔστιν ἄς ρε<br>νέ το καὶ νῦν εἶσται γε-<br>νομένα δὲ ἐτι ναοὶ ποι-<br>ηταὶ καὶ λογογραφοὶ<br>παρετρέψαν εἰς τὸ ἀ-<br>πιστοτέρων καὶ θαυ-<br>μα[σ]τώτερον τοῦ θαυ-<br>μάζειν ἐνεκε τοὺς ἀν-<br>θρώπους· ἐγὼ δὲ γίνω-<br>σκω ὅτι οὐ δύναται |
| [15] κεὶ γενεσθᾶν πάντα<br>τὰ λεγόμενα· οὐ γὰρ ο-<br>νομα μὲν ὄν εἰνεον(?)·<br>τὸ· λόγος δὲ περὶ αὐ-<br>τῶν οὐδεὶς ὑπερ-    | τὰ τοιαῦτα εἶναι οἷα<br>καὶ λεγεται τοῦ τοδε·<br>καὶ διειληφᾶς<br>εἰνετο οὐκ ἀνελεγε-<br>το ἀπελθῶν δὲ καὶ  |
| [20] Ξεν, ἀλλὰ πρότερον<br>τὰ ἐργά· εἶθ' οὕτως<br>ὁ λόγος ὁ περὶ αὐτῶν<br>ὅσα δεῖ δὴ καὶ [ἄ]μορ-<br>φαὶ εἰσὶ λεγόμενα . . . |   |

C'est évident que le ms. a été copié par quelqu'un qui n'avait qu'une médiocre connaissance de la langue grecque. Il me semble cependant de faire utile chose en donnant ici cet apographe, tel qu'il est.<sup>1</sup>

Harrisii codex cuiusnam fuerit aetatis cum nihil omnino de hoc libro traditum sit accurate quidem definiri non potest. Tamen cum verborum species (ἐν ἀρχῇ Π 10, absunt accentus et spiritus signa) tum totius paginae condicio infra saeculum decimum undecimumve procedi vetant. Immo si quid video codex ille litteris maioribus quos unciales vocamus fuit conscriptus praebetque apographum Harrisianum primam codicis membranacei saeculi VIII sive IX paginam<sup>1</sup>. Sed fac hunc codicem saeculo XI demum exaratum esse: vetustissimus eorum librorum quos Festa adhibuit saeculo XIII adscribitur (Parisius gr. 854, cf. p. VII), ex quo quantum codex Alexandrinus ceteris libris aetate praestet statim apparet.

<sup>1</sup> Mitto menda quaedam levidensia (velut ἀνονήτοι pro ἀνομήτοι I 8, ὑπερξεν I 19 pro ὑπῆρξεν) quae illi sine dubio tribuenda sunt, qui apographum confecit. Bottii denique sive typhotetae factum sit culpa quod I 23 corruptum legitur.

Verum etiam propter verborum memoriam primum sibi vindicat in tanta testium turba locum<sup>1</sup>. Palaephathi libellus uti hodie sese habet ab his verbis incipit: Παλαιφάτου περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν<sup>2</sup>. Τάδε περὶ τῶν<sup>3</sup> ἀπίστων συγγέγραφα, verum codex Harrisianus, quem abhinc littera H notabo: Παλαιφάτου Ἀκταίου τοῦ Ἀμαξαντέως περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν συγγέγραφα. Quattuor afferuntur in Suidae lexico viri, quibus nomen Palaephathi fuisset inditum<sup>4</sup>, quorum primus his verbis signatur: Παλαιφάτος Ἀθηνησιν ἐποποιὸς υἱὸς Ἀκταίου καὶ Βοιοῦς· οἱ δὲ Ἰοκλέους καὶ Μετανεΐρου· οἱ δὲ Ἑρμοῦ· γέγονε κτλ., alter his: Παλαιφάτος Πάριος ἢ Πριηνεύς, γεγονὼς κατὰ Ἀρταξέρηνην· Ἀπίστων βιβλία ἐ· τινὲς δὲ ταῦτα εἰς τὸν Ἀθηναῖον<sup>5</sup> ἀναφέρουσι· πλὴν καὶ οὗτος ἔγραψε. Concinit ergo codicis H exordium cum biographicorum memoria<sup>6</sup>. Demi nomen aut ex eodem fonte biographico manavit aut ab eo, qui opus Palaephateum confecit, audacter fictum est, quo maiorem libellus haberet fidem. Pristinum vero huius libelli exordium tale fere fuisse suspicor: Τάδε Παλαιφάτος Ἀκταίου Ἀμαξαντεύς περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν συγγέγραφα<sup>7</sup>. Quod cum praeter morem esset scriptum, alii ab auctoris potius nomine incipere maluerunt termino paululum mutato (cf. H)<sup>8</sup>, alii insuper partem tituli repetierunt, ut evaderet Παλαιφάτου περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν. Τάδε περὶ ἀπίστων συγγέγραφα.

<sup>1</sup> cf. etiam AEI in ΔEI conversum II 7.

<sup>2</sup> ἱστοριῶν om. S et pars stirpis B.

<sup>3</sup> τῶν om. A.

<sup>4</sup> De his notitiis maximam partem fabulosis cf. imprimis Susemihl Alex. Litt. II 54—57. Nomen Παλαιφάτος praeterea neque in litteris neque in titulis tradi monendum esse videtur.

<sup>5</sup> Etiam quartus ille Palaephatus a nonnullis Atheniensis dicitur, cf. Παλαιφάτος Αἰγύπτιος ἢ Ἀθηναῖος, γραμματικὸς· Μυθικῶν βιβλίον ἀ· Λύσεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων· Τρωικὰ et Festa p. XXXVIII.

<sup>6</sup> Ἀκταῖος alibi quoque inter nomina Athenis frequentata apparet: Ἀκταῖος Σίμωνος Ἀθμονεύς, [Φαίδ]ρυλλα Ἀκταίου Ἀθμονεύς γυνή CIA. II 1716 (aetatis Lagidarum), cf. etiam Ἀκτιος Ζωσίμου Ἀθμονεύς CIA. III 1122, Ἀκτιος 1090, 1129.

<sup>7</sup> cf. e. g. Τάδε συνέγραψεν Ὀκελλος ὁ Λευκανὸς περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως in initio operis pariter falsi.

<sup>8</sup> Soloeca codicis H scriptura aliquid mutatum esse aperte probat. Voluerat nempe interpolator Παλαιφάτου Ἀκταίου τ. Ἀ. περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν, sed aliud agens vocem συγγέγραφα addidit novi tituli imemor.

Binas libelli de quo agitur recensiones traditas esse statuit Festa Vitellio duce, quarum altera brevior codicum stirpibus AE<sup>1</sup>, altera amplior stirpibus BS nititur (cf. p. IX).

In titulo ἱστοριῶν omittitur a stirpe S, est in B (ex parte) AH.

11 (ed. Fest.) Ἀνθρώπων γὰρ οἱ μὲν εὐπειθέστεροι πείθονται πᾶσι τοῖς λεγομένοις Festa cum BS. At multo rectius AH τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν γὰρ πείθονται κτλ. Illud εὐπειθέστεροι ab interpolatore propter verba deinceps sequentia: οἱ δὲ πυκνότεροι τὴν φύσιν καὶ πολυπράγματοι ἀπιστῶσι τὸ παράπαν illatum.

12 ὡς ἀνομίλητοι σοφίας καὶ ἐπιστήμης, οἱ δὲ πυκνότεροι τὴν φύσιν AH (F.), οἱ δὲ πυκνότεροι τὴν φύσιν <καὶ S (d)> ἀνομίλητοι σοφίας BS perperam.

14 πολυπράγματοι B (et Festa), πολυπράγμονες AH, stirpis S memoria turbatur; πολυπραγματείας d, πολυπράγμονες cum dubia vocis πολυπράγματος natura (cf. Thes. Ling. Gr. VI 1412<sup>d</sup>) tum codicis H testimonium suadet.

15 μηδὲ γενέσθαι τι τούτων BA (F.), μηδὲν γ. τούτων S, μηδὲν γίνεσθαι τούτων H. Utrumque cum per se dici possit (γίνεσθαι H merum est vitium), praestat tamen μηδὲν γενέσθαι τούτων, nam sequitur: ἐμοὶ δὲ δοκεῖ γενέσθαι πάντα τὰ λεγόμενα.

17 οὐ γὰρ ὀνόματα μόνον ἐγένοντο S (F.), οὐ γ. ὀ. μ. ὑπῆρξεν B, οὐ γ. ὀ. μ. ἐγένετο A, οὐ γὰρ ὄνομα μενον (sic) ἐγένοντο H. Quod habet H ὄνομα nil est, cum sequatur λόγος δὲ περὶ αὐτῶν (scil. τῶν ὀνομάτων), ὑπῆρξεν B vitiose ex insequenti enuntiato huc translatum.

18 πρότερον ἐγένετο τὸ ἔργον BS (F.), πρότερον τὰ ἔργα A(e) H, πρότερον τὸ ἔργον A(u). Admiror orationem qualem Festa concinnavit. Etenim tota periodus haec est: ἀλλὰ πρότερον ἐγένετο τὸ ἔργον, εἴθ' οὕτως ὁ λόγος ὁ περὶ αὐτῶν. Quorsum quaeso spectat illud αὐτῶν? Et quam de causa αὐτῶν in αὐτοῦ mutatum est in stirpe S (dh<sup>2</sup>)? Rescribendum igitur πρότερον τὰ ἔργα omissa voce ἐγένετο, quam tacite quivis lector suppleverit.

19 ὅσα δὲ εἶδη καὶ μορφαὶ εἰσι λεγόμενα καὶ γενόμενα τότε αἱ νῦν οὐκ εἰσὶ, τὰ om. B) τοιαῦτα οὐκ (οὐ I, om. cett. stirpis B) ἐγένοντο BS (ubi οὐδὲ τῷ τότε h pro τὰ τοιαῦτα

<sup>1</sup> In librorum familia E deest praefatio, ultra quam pagina H non excedit.

οὐκ d) Festa, ita etiam A (sed ἐγένετο c pro ἐγένοντο cett.), — λεγόμενα καὶ γενόμενά ποτε [καὶ νῦν οὐκ εἰσὶ (sic ea, quae leviter corrupta sunt, emendanda esse censeo), τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐγένετο H. Librum Harrisianum si diligenter interpretaris, ceteris longe praestare apparet. Primum enim λεγόμενα καὶ γενόμενα rectius dicitur quam λεγόμεναι καὶ γενόμεναι, cum autecedant voces varii generis (εἶδη καὶ μορφαί) et sequatur τὰ τοιαῦτα, deinde melius indefinite scribi ποτέ quam τότε nemo negabit. Sed cum verba λεγ. καὶ γεν. feminini essent generis factae, καὶ νῦν in αἰ νῦν mutari in propinquo erat.

1 in εἰ γὰρ ποτε καὶ ἄλλοτε ἐγένετο καὶ νῦν τε γίνεται καὶ αὐθις ἔσται BSA(μ) Festa (qui scribit γὰρ <τί> ποτε), εἰ γὰρ πότε κτλ. A(c), εἰ γὰρ τότε καὶ ἄλλο τι ἐγένετο κτλ. H<sup>1</sup>. Rursus codice H reperto omnis est sublata difficultas. Quod enim sensu cassum erat ἄλλο τε in ἄλλο τι abit, qua scriptura simul particula illa τι quam Festa requirit introducitur. Nunc vero τότε magis loci sententiae convenire videtur, nam spectat ad illud ποτέ vs. 10.

2<sub>1</sub> ἔγωγε SAH, ἐγώ B.

2<sub>3</sub> in Melissi Lamiscique sententia<sup>2</sup> B perperam scribit ἔστιν ἃ καὶ ἐγένετο, sed SAH ἔστιν ἃ ἐγ.

<sup>1</sup> Quod legitur in H περιεται fortasse ex ΤΕΓΙΝΕΤΑΙ corruptum est. Et profecto optime legitur: καὶ νῦν τε γίνεται καὶ αὐθις ἔσται.

<sup>2</sup> Ἄει δὲ ἔγωγε ἐπαινώ τοὺς συγγραφέας Μέλισσον καὶ Λαμίσκον τὸν Σάμιον ἐν ἀρχῇ λέγοντας (perperam 'ἐν ἀρχῇ' λέγοντας Festa) 'ἔστιν ἃ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσται', cf. Meliss. fr. 6 Mull. (Phil. Gr. Fr. I 262) ex Simplicio: αἰεὶ ἦν ὅτι ἦν καὶ αἰεὶ ἔσται· εἰ γὰρ ἐγένετο, ἀναγκαῖόν ἐστι πρὶν γενέσθαι εἶναι μηδέν. εἰ τοίνυν μηδέν ἦν, οὐδαμῆ ἐγένετο μηδέν ἐκ μηδενός, quae tamen sententia cum illa non quadrat. At valde dubito num Palaephathi testimonium sibi constet. Quid enim sibi vult καὶ νῦν ἔσται? Sententiarum autem conexus postulat καὶ αἰεὶ ἔσται. — Lamisci memoriam admodum fallacem iudico. Componitur quidem ille vir cum familiari quodam Archytae (Diogen. III 15, Plat. epist. VII 350<sup>b</sup>) a Papio Onomastici conditore, propter nullam aliam causam quam parem nominis formam. Sed nonne Melissus ipse quoque Samius fuit (Μέλισσος Ἰθαγένους Κάμιος Diog. IX 24)? Cur ergo non τοὺς Καμίους dixit Palaephatius? An potius scripsit τὸν συγγραφέα Μέλισσον τὸν Λαμίσκου τὸν Κάμιον, ἐν ἀρχῇ λέγοντα κτλ.? Nam patris nomen variare in philosophorum historia saepius usu venit, cf. e. g. Heraclitus, Xenophanes, Democritus. Huc accedit quod ἐν ἀρχῇ λέγοντας manifesto ad unius operis initium provocat, scripsitque revera Melissus non nisi ἐν σύγγραμμα (Diogen. L. Prooem. 16).

24 γενομένων δέ τινα οἱ ποιηταὶ καὶ λογογράφοι παρέ-  
 τρεψαν εἰς τὸ ἀπιστότερον Festa, γενομένων δέ τινων κτλ. BS  
 (falso ποιητικοὶ B pro ποιηταὶ καὶ S), γενόμενα δέ τινα AH.  
 Quamquam aptius dixeris velut θαυμαστῶς δὲ γενομένα τινα,  
 tamen tradita verba γενόμενα δέ τινα ('facta quaedam') non est  
 quod corrigamus.

25 θαυμασιώτερον BSA, θαυμα[σ]τώτερον H. Ἠ|α vox  
 alibi in Palaephathi libello non recurrit, haec 33 2, 51 8.

26 τοῦ θαυμάζειν ἔνεκα BSA(c), — ἔνεκε A(a)H. Formam  
 linguae vulgaris<sup>1</sup> iam a Lobeckio notatam (ad Phryn. 284) uti-  
 que recipiendam esse arbitror quippe Byzantinorum aetate fere  
 oblitteratam.

28 τοῦτο δὲ καὶ διείληφα, ὅτι, εἰ μὴ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἐλέ-  
 γετο BSA, του τοδε καὶ διείληφας ἐγένετο κτλ. H, aperta cor-  
 ruptela.

29 ἐπελθῶν δὲ καὶ πλείστας χύρας BSA(u), ἀπελθῶν κτλ.  
 A(c)H. Illud unice verum est, cf. etiam ἐπελθῶν vs. 13.

Ex his quānti pagella Harrisiana sit aestimanda primo ob-  
 tutu apparere arbitror. Et iam totius conspectus summam pro-  
 ponamus:

H cum A conspirat contra BS sexies (12, 3, 8, 11, 24, 6).

H cum AS conspirat contra B sexies (14, 7, 21, 3, 4, 7).

H cum AB facit contra S semel (11).

H cum S facit contra A semel (17).

H veram lectionem unice servat bis terve (19, 11, 28).

H plane corruptus est semel (28).

Quae cum ita sint, confirmatur Fischeri sententia memoriam  
 breviorē appellatam, quam codicum familiis AE tradi supra  
 memoratum est p. 311, genuinam esse habendam. Rectius Nico-  
 laus Festa recensionem AE primo loco dedisset hisque addidisset,  
 quidquid exstaret in AS gravioris momenti. Nunc vero totius  
 libelli species aegre ex adnotatione critica concinnanda est le-  
 ctori, rursusque consulenda Westermanni editio, in qua utramque  
 recensionem seorsum publicatam tenemus.

Verum etiam hoc animadvertendum videtur, quinquies codi-  
 cem H cum parte tantum familiae A conspirare (18, 11 bis, 26, 9),  
 neque solum in probis lectionibus, verum etiam in vitio quodam

<sup>1</sup> ἔνεκε τοῦ Lebas-Wadd. 406 7 (Mylasis s. I p. C.), μνείας ἔνεκε  
 BCH II 612 (tit. Cibyrat. s. II—III p. C.) παλαιῶν ἔνεκε πραγμάτων  
 Artemidor. ed. Herch. 179 1 L cod. opt. etc.

(29). Contra alterius quoque recensiois formam probatam videmus ab Harrisiano (17). Hisce cognitio nulli stirpi librum H addici posse manifestum est; proxime ad A accedit, verum neque a vitiis huius recensiois sese abstinere neque ubi BS et A inter se dissentiunt illam partem ubique improbat. Contra familiae B, quam plurimi facit Festa (cf. p. X) tamquam propria via ex archetypo omnium codicum derivatae, nusquam Harrisianum videmus accedere, neque ullo negotio quam confecit Italus tabulam lectio- num huic stirpi peculiarium (p. XI) dissolvere possum.

Hac commentatiuncula usurum esse spero, qui postmodum memoriae Palaephatae curam adhibebit<sup>1</sup>. Ac fortasse codicis illius Harrisiani sive Alexandrini vestigia qui indagaverit, plura recuperabit quam hucusque nobiscum communicata sunt. Ad- undus in primis est dr. G. Botti, musei Alexandrini moderator.

Bonnae.

Guilelmus Crönert.

---

<sup>1</sup> In quaestione de libelli indole instituenda in sermonem quo- que auctoris atque interpolatorum inquiri oportere moneo. Haud pauca enim ni fallor adhuc feruntur, quae Atticae usui ita sunt con- traria, ut Ionica potius dixeris. Veluti ξινον legitur in AE duobus locis (33, 399), ubi BS είνοντο praebent, cf. Galen. Lex. Hippocr. 393 10, qui σύνω Ionum formam esse dicit; αί Θρησσαί tradunt AB 501 (Θρη- νοσσαί E corrupte) pro vulgato Θρησσαί; ἀγρευτών E 36 11 pro ἀλιέων (ἀγρευτής poetarum vox).

---